

Elementa à Controversiis Typorum  
formâ separavit. Hunc ego cum *Lud-*  
*uvello* ac *Trentlero* maximè suaserim.  
Nec contemnendus est *Schnobelius* ve-  
lut *Trentleri* Epitomator.

§. 81. *Collectionem Controversiarum*  
brevem excipit *diffusa & plena*. *Eaque*  
*iterum tum qualis facta est, tum qualis*  
*fieri debet. Qualis facta sit, nimis mani-*  
*festum est. Huc enim pertinent grandes*  
*libri Decisionum ex variis Dicasteriis,*  
*Rotis, Parliamentis, v.g. Rotæ Roma-*  
*næ, Genuensis, Senatus Pedemontani,*  
*Tholosani, Sandæi Frisicæ, Guilielmi*  
*Grotii Belgicæ, Molinæi Consuetudines*  
*Parisienses, Royz Decisiones Lithuani-*  
*cæ, Fabri Sabaudicæ, Gailii, Minsyngeri,*  
*Gylmanni Camerales, Schepliz Con-*  
*suetudines Marchicæ, Decisiones Fa-*  
*cultatis Juridicæ Lipsiensis in Sigismun-*  
*di Finckelthusii Observationibus, &*  
*Scabinatus Lipsiensis in Magni Carp-*  
*zovii Variis. Jenensium Responfa col-*  
*legit Richterus; huc aliarum Facultatum*  
Aca-